[41]. Die quarta fuit recepta panis, CLXXIX panes. Et expensa, videlicet: pro d. n., LX. Et pro aliis undecim, ut supra ibidem. Item, pro operariis III panes. Item, in ficubus, XII s., II d. Item, in una conqua pro faciendo nebulas d. n., IX d.

[42]. Die quinta fuit recepta panis, CLXXVI. Et expensa, videlicet: pro d. n., LX. Et pro aliis undecim, ut supra. Item, in ficubus, XI s., VI d.

[43]. Die sexta fuit recepta panis, CLXXVI. Et expensa in dictis undecim personis, ut supra. Item, in ficubus, XII s., IIII d. [f. 173r]

[44]. Die septima mensis novembbris fuerunt recepti panes CLXXXVI. Et expensa: pro persona d. n., panes LX. Item, pro undecim personis superius scriptis, ut supra. Item plus, pro Johanne Serra, de mandato d. Bartholomei Baiuli, IIII. Item, pro lotrice, VI panes. Summa diei, CLXXXVI panes. Item plus, in ficubus, XIII s., I d. Item, dicta die fuit lota bugata et fuerunt pecie magne LXX, ad III denarios pro pecia, valent: XVII s., VI d.

[45]. Die octava fuerunt recepti panes CXLVI. Et expensi, videlicet: pro d. n., XL. Item, pro d. Tholosano, VIII. Item, pro d. rege, XX. Item, pro domina principissa, VIII. Item, pro d. comite Armaniaci, XII. Item, pro d. Francisco Daranda, XXIII. Item, *pro magistro Vincentio*, XVI. Item, pro d. Petro Puyol, IIII panes. Item, pro collacione cantorum, VI. Item, pro Johanne Catalano, II. Item, pro Genesio, II. Item, pro provisionibus scriptorum, de mandato d. Bartholoemi Baiuli, IIII panes. Summa diei, CXLVI. Item, in ficubus, XII s., VI d.

[46]. Die nona fuerunt recepti panes CXLII panes (!). Et expensi, videlicet: pro d. n., XL. Item, pro dominis Tholosano, rege, comite, Francisco, *magistro Vincentio*, Petro Puyol, collacione cantorum, Johanne Catalano, pro Genesio, ut supra proxime. Summa diei, CXLII panes. Item, in ficubus, XIII s., II d. [f. 173v]

[47]. Die decima fuerunt recepti panes V^c XXIII. Et expensi, videlicet: pro d. n., LX; item, pro d. Tholosano; pro d. Rege; pro domina principissa; pro d. Francisco; *pro magistro Vincentio*; pro d. Petro Puyol; pro collacione cantorum; pro Johanne Catalano; pro Genesio: ut supra proxime. Item, pro potagio coquine communis, XXXVI. Item, in tinello, coram d. n., fuerunt due tabule. In prima fuerunt domini Cardinalis Sancti Georgii, et valentissimus d. Comes Fuxi, cum tribus aliis. Item, in secunda fuerunt quidam miles d. comitis cum XVIII aliis. Item, in tinello Majoricarum fuit Magister Capelle cum XII cantoribus. Item, in alia tabula fuerunt octo ‚aurats’. Et expendimus, cum cisoris, CC LXXXVI panes. Item, dedimus scutiferis d. comitis et cardinalium, XXIII. Item, expendimus in tostis, XVIII panes. Item, in ficubus de Burjaçot: XXII s. Item, in quingentis nebulis communibus, VI s., VIII s.

[48]. Die undecima fuit recepta panis, CL panes. Et expensa, videlicet: pro d. Tholosano, pro d. rege, pro domina principissa, pro d. Francisco, *pro magistro Vincentio*, pro d. Petro Puyol, pro collacione cantorum. Item, pro Johanne Catalano, II panes. Item, pro Genesio, II. [f. 174r] Item, in fructibus, XII s., X d. Item, dicta die fuit lota bugata et fuerunt pecie magne LII, ad III denarios pro pecia, valent XIII s.

[49]. Die duodecima fuit recepta panis, CXXX. Et expensa, videlicet: pro d. n., LX. Et pro d. Tholosano, VIII. Item, pro domino rege, XX. Pro d. Francisco Daranda, XXIII. Item, *pro magistro Vincentio*, XVI. Pro d. Petro Puyol, III. Item, pro collacione cantorum, VI. Item, pro Johanne Catalano, II. Pro Genesio, II. Item, in ficubus, XII s., VI. Item, pro illis qui adiuvarunt ad implendum saccos de pane biscotto, XII s.

[50]. Die decima tertia d. n. recessit de Perpiniano. Ivit ad locum de Coquolibero, et fuerunt recepti M CC panes; et expensa,

videlicet: pro d. n., LX. Item, servivimus gentibus armorum que sequebantur d. n. et omnibus officialibus d. n., et balistariis, cum diversis aliis, qui sociaverunt d. n. Item, in tinello, fuerunt in prandio d. Camerarius d. n., d. Gubernator Catalonie cum multis baronibus et militibus et scutiferis et dominisque aliis; et expendimus MCXL panes. Item, quia non suffecerunt dicti mille ducenti panes recepti a furnario pro dicta familia, emimus plus panem: CC L panes. Item, expendimus in racemis pro supradictis hospitibus: XXXII s.

[51]. Die decima quarta fuit recepta panis, MM CLX panes; et expensa, videlicet: pro d. n., LX; item, servivimus omnibus gentibus armorum que sequebantur d. n. Et omnibus officialibus d. n., et balistariis cum diversis aliis qui associarunt d. n. In tinello fuerunt in prandio Camerarius d. n. et Gubernator Catalonie cum multis baronibus, militibus, scutiferis, et diversis aliis; et fuerunt expensi, MM C panes. [f. 174v] Item, de mandato d. Francisci Daranda, emimus panem pro provisione galee d. n., M V^c, LXII s. Item, in racemis, pro hospitibus: XXVII s., VI d.

[52]. Die decima quinta fuerunt recepti VI^c. Et expensa, videlicet: pro d. n., XL. Item, in tinello fuerunt dominus Camerarius et Gubernator Catalonie cum multis baronibus, militibus, scutiferis et diversis aliis. Item, servivimus omnibus officialibus d. n. et multis aliis, qui venerunt cum d. n.; fuerunt expensi V^cLX. Et in pansiis pro dictis hospitibus, X s. Item, expendidi in portu raubarum de Coquolibero usque ad Portum Veneris, quas raubas portavit una barcha, que costitit de loquerio, XXVII s., VI d.

[53]. Die sabbati, decima sexta dicti mensis novembris, d. n. remansit in Portu Veneris in galea; et fecimus fieri panem pro d. n. de uno sacco farine quam posuimus in galea d. n. pro sua provisione. Item, emimus panem in Coquolibero pro provisione galee d. n., et costitit CXXV s.

[54]. Die dominica, decima septima mensis novembris, recessit d. n. de Portu Veneris, et fecimus fieri panem de dicta farina pro persona d. n.

[55]. Die decima octava mensis novembris d. n. applicuit

cum galeis coram Rosis; et fecimus fieri panem de dicta farina pro persona d. n. Item, expendidi in ficubus, XII s., III d.

[56]. Die decima nona, d. n. recessit de Rosis et applicuit coram Palamós; et fecimus fieri panem de dicta farina pro persona d. n. Item, de mandato d. n., emimus quatuor cannas lintei pro coquina oris, ad mundandum plateria d. n., ad II s., VI d. pro canna; ascendunt ad X s. Item, in racemis et pomis, XXII s., VI d. [f. 175r].

[57]. Die vicesima mensis novembris, d. n. remansit coram Palamós; et fecimus fieri panem de dicta farina pro persona d. n.

[58]. Die vicesima prima, d. n. recessit de Palamós et ivit prope Blanas; et fecimus fieri panem de dicta farina pro d. n. Item, misimus unum hominem ad locum de Blanes, qui emit de pane XIII s.

[59]. Die vicesima secunda, d. n. recessit de prope Blanis, et venit coram Sigis; et fecimus fieri panem de dicta farina pro d. n. Item, emimus panem in Sigis pro provisione galee d. n., LXXXVII s., VI d.

[60]. Die vicesima tertia, d. n. recessit de Sigis et venit ,als Alfachs'; et ibidem fecimus fieri panem pro d. n. Item, misimus unum hominem ad Rapitam, et misit nobis panes, XXXIII s.

[61]. Die dominica vicesima quarta, d. n. remansit in ,los Alfachs'. Ad idem, die lune, vicesima quinta. Et fecimus fieri panem de dicta farina pro d. n.

[62]. Die martis vicesima sexta mensis novembris, d. n. recessit ,dels Alfachs', et fuit ad prandium in loco de Paniscola; et fecimus fieri panem de dicta farina pro persona d. n. Item, emimus panem pro serviendo officialibus d. n. Et pro una mensa que fuit in tinello, in qua fuerunt domini Episcopus Oscensis et Episcopus Barchinonensis cum diversis aliis; et fuerunt expensi de pane, XL s. Item, costiterunt raube officii panaterie, que veniebant in galea d. n., de portando de plagia Paniscole usque ad castrum, VIII s. [f. 175v]

[63]. Die vicesima septima mensis novembris fecimus fieri panem de dicta farina pro persona d. n.

[64]. Ante dictam diem misit nobis Raymundus de Yebra, de Benicardone ,als Alfachs', unam barcham cum provisionibus; et quia non reperiit ibi galeas, venit Paniscolam et portavit de pane, XXV s. Et de mandato d. Petri Comollis, distribuimus officialibus d. n.

[65]. Die vicesima octava fuit recepta panis, LX. Et expensa, videlicet, pro d. n., LX.

[66]. Die vicesima nona fuit recepta panis, XL. Et expensa, videlicet pro d. n., XL.

[67]. Die trigesima fuit recepta panis, XLVIII. Et expensa, videlicet: pro domino nostro, XL. Et pro domino Francisco Daranda, VIII panes.

[68]. Summa expense panis totius mensis VI^M VI^C LXXVIII panes. Summa expensa (!) denariorum: MM V^C X s., VI d.

[69]. Videat dominus prior Montissoni.

De mandato reverendi in Christo patris domini Ludovici, episcopi Maioricensis, d. n. p. camerarii, ego G. Vallispirii, prior predictus, vidi, examinavi et calculavi compota huiusmodi, per quorum visionem, examinacionem et calculacionem reperi quo recepta panis et expensa sunt equeales. Item, recepta pecuniarum est C florenorum et X librarum. Expensa vero MM V^C X s., VI d. Et sic ascendit plus expensa quam recepta M XC s., VI d., quos habent a camera recuperare panaterii. Conclusa sunt huiusmodi compota Paniscole, diocesis Dertusensis, per me, qui supra, anno M CCCC XVI, et die XV januarii».

* * *

IV

A. El document número quatre ens permet de conèixer l'altra cara de la moneda. Consumada la ruptura per la sostracció d'obediència, les conseqüències no triguen a arribar. El document de Mallorca ens informa de quelcom complementari d'un punt que ja ens és conegut: sabíem que en el pla civil el pas de mestre Vicent per Mallorca s'havia traduït en unes ordinacions promulgades pel governador reial, Pelai Unís;¹⁰ ara també som informats que, en el pla eclesiàstic, el bisbe Lluís de Prades, sense consentiment del Capítol de la Seu de Mallorca, també havia promulgat ordinacions paral·leles que, amb les civils, havien de conduir la vida social de Mallorca per camins de reforma cristiana; però després de la sostracció d'obediència, foren revocades per manament de Benet XIII.

B. *El capitol de la Seu de Mallorca obliga davant notari el missatger del bisbe Lluís de Prades a explicar altra vegada la lletra d'aquest, segons la qual les ordinacions promulgades pel dit bisbe amb motiu de la predicació de mestre Vicent Ferrer han estat invalidades per Benet XIII.*

Ciutat de Mallorca Arxiu de la Seu (ACM),
1416 març 5 Perg. núm. 13555

Al dors: «Nº 18 D» / «Instrumentum presentationis cuiusdam littere ipsi capitulo pro parte Episcopi Maioricensis» / «Anny 1416» / (i amb llapis): «L V - 4.54» / «13555». - *Escript en sentit transversal:* «Honorabilis capituli Maioricensis» / «Fa menció de sant Vicent Ferrer».

«Noverint universi: Quod anno a nativitate Domini Mº CCCCº sextodecimo, die jovis, quinta mensis martii, circa

10. El text de les *Ordinacions fetes sobre jurar, sobre joc de daus i de naips i sobre fembres públiques i altres coses*, publicades a Mallorca el 14 de juny del 1414 han estat publicades dins el meu *Els quatre sermons catalans de sant Vicent Ferrer en el manuscrit 476 de la Biblioteca de Catalunya*, dins «Arxiu de Textos Catalans Antics», XV (1996), 109-340, en concret 336-340.

horam tertiarum ipsius diei, existentibus honorabilibus viris, dominis Bernardo Dalmacii, licentiato in decretis, vicario in spiritualibus et temporalibus reverendissimi in Christo patris et domini, domini Ludovici, miseratione divina episcopi Maioricensis, nunc in remotis agentis, Jacobo de Muro, decretorum doctore, decano, Nicholao Rosselli, Petro de Latone, Ffrancisco Negrelli, Johanne de Pratis, Ffrancisco dez Caus, Laureano Serrallini, et Johanne sa Plana, canonicis ecclesie Maioricensis, intus domum sacristicie dicte ecclesie, ubi ab antiquo capitulum solitum est celebrari, ad sonum campane more solito vocatis et congregatis pro capitulo celebrando, ceteris eorum concanonicis a civitate et diocesi Maioricensi et a celebratione dicti capituli absentibus, qui ad talia vel similia de consuetudine dicte ecclesie non vocantur neque consueverunt vocari: iamdictus venerabilis decanus, tenens in manu litteram infrascriptam, in presentia omnium supranominatorum ac mei, Gabrielis Massot, notarii publici Maioricarum, intervenientis in his vice et nomine discreti Johannis de Reria, notarii et scribe dicti honorabilis capituli Maioricensis, et testium infrascriptorum ad hec specialiter vocatorum, dixit et direxit discreto Andree Padriga, presbitero, beneficiato in dicta ecclesia, ibidem presenti, hec vel similia verba: «Mossèn Andreu, ja sabets que l'altre die, com vengués pus derrerament del Senyor Bisbe, presentàs als senyors de Capítol aquesta lletra del senyor Bisbe». Quam quidem litteram, dictus honorabilis decanus legit de verbo ad verbum alta voce et publice coram dictis superius nominatis. Cuius quidem littere suprascriptio talis est: «Venerabilibus viris et fratribus carissimis dominis Capitulo, canonicis et sindicis ecclesie Maioricensis, L[udovicus], Maioricensis episcopus, domini pape camerarius». Tenor vero ipsius littere intrinsecus, talis est: «Venerabiles viri et fratres carissimi. Salutatione premissa. Cum nonnulla nostra negotia per dilectum familiarem nostrum Andream Padriga, vobis decreverimus relatura, fraternitatem vestram attente rogamus quatenus his, que idem Andreas vobis ex nostri parte explicabit, fidem indubiam velitis adhibere ac si per nos oretenus explicarentur, vobisque grata nobis fiducialiter rescribendo. Scripta Paniscole, die vicesima prima Januarii, anno sextodecimo.» Et lecta dicta littera, etiam dictus honorabilis decanus dixit dicto Andree Padriga, continuando suum processum verborum predictorum: «E jatsie, mossèn Andreu, que lavors, com presentàs la dita letra, explicàs

en Capítol la vostra creensa en la dita letra contenguda, emperò ara vos requeren aquests senyors de Capítol, qui assí són ab mi ensembs, que le tornets explicar, e que se'n fassa carta pública». Qui quidem Andreas Padriga, prebiter (!), respondens ad dicta verba dixit hec vel similia verba: «Verament, honorables senyors, que ja lavors expliquí la mia creensa contenguda en la dita letra, la qual sta en veritat que us presentí, e la creensa era aquesta, e contenia en acabament: que lo senyor bisbe me havia dit que us dixés que nostre sant Pare ha revocades totes les ordinacions que lo dit senyor bisbe havia fetes del temps que vench en Mallorques ab mestre Vicent Ferrer tro lavors. Reservat, emperò, dret al dit senyor bisbe e a vosaltres que per la dita revocació no sie prejudicat a ell ne a vosaltres que no puxe fer o puxe fer ordinacions e constitucions sens l'onrat Capítol.» De quibus quidem omnibus et singulis sic factis, dictis et responsis, ut prefertur, jamdicti honorabiles viri, domini de Capitulo, requisiverunt eis fieri atque tradi publicum instrumentum per eorum notarium et scribam antedictum, presentibus dicto notario et venerabilibus Arnaldo de Muro, decretorum doctore, Arnaldo Albertini, milite, et Johanne Mayrach, notario, ad hec pro testibus vocatis specialiter et rogatis. Acta fuerunt hec premissa omnia, die, anno, mense, hora et loco predictis, ut superius continetur, presentibus dicto notario et testibus superius nominatis ad premissa vocatis specialiter et rogatis.

Sig+num mei, Gabrielis Massot, notarii publici Maioricarum, qui predictis vice et nomine discreti Johannis de Rieria, mei connotarii et scribe dicti honorabilis capituli Maioricensis, una cum prenominatis testibus interfui, eaque in hanc publicam et auctenticam formam redigens, vice et nomine dicti mei connotarii hec scribi feci et clausi, cum raso et correcto in nona linea, ubi dicitur „beneficiato in dicta ecclesia ibidem presenti”».

* * *

V

A. El darrer escrit és un fragment del *De horrendo...*,¹¹ i és datable de la primavera del 1416, després de la mort de Ferran d'Antequera a Igualada el 2 d'abril del 1416 (per això, en el curs del tractat, hi ha referències constants al ‚novus rex’, que és Alfons dit el Magnànim); era destinat a forçar el restabliment de l’obediència del rei de Catalunya-Aragó a Benet XIII. El fragment ací transcrit, tot i no anomenar-lo personalment, es refereix de forma clara a mestre Vicent Ferrer, car només ell havia parlat i escrit a favor de Climent VII als inicis del Cisma d’Occident. amb el *De moderno Ecclesiae schismate*. La informació d'aquest fragment és inapreciable en relació al tema que ens ocupa, car hi trobem que: 1) la decisió d'abandonar Benet XIII, tot i haver reafirmat que era el papa legítim, hauria estat sobtada (la paraula ‚subita’ es repeteix almenys dues vegades, i la segona encara afegeix: «in paucis diebus habita»); res, doncs, que permeti d'enveigar una defecció allargassada en el temps ni el convenciment que Benet XIII no fos el papa legítim; 2) la raó hauria estat doble: el reconeixement del Concili de Constança com a ‚concili’ (i no pas únicament com a ‚congregació’); i la consideració que les reaccions de Benet XIII permetien de deduir l’existència en ell d’una culpa greu per la seva manera d’actuar envers la unitat de l’Església, cosa que justificava que hom el tractés tal com hauria tractat un papa que hagués perdut el seny (cap referència, doncs, ni la més remota, a un col·legi cardenalici ni a defeccions de cardenals, ni a cosa que s’hi assembli).

11. Una primera presentació del *Super horrendo...*, amb la prova que és de Pero de Luna o Benet XIII, fou oferta per mi dins *Jornades sobre el Cisma d’Occident a Catalunya, les Illes i el País Valencià*. Barcelona-Peníscola, 19-21 d’abril de 1979. Ponències i comunicacions. Primera part. Barcelona, Institut d’Estudis Catalans 1986, 27; la descripció del fascicle, còdex 132 de Barcelona, Arxiu de la Catedral, es troba en Josep BAUCCELLS i REIG, *El fons ‚Cisma d’Occident’ de l’Arxiu Capitular de la Catedral de Barcelona. Catàleg de còdexs i pergamins* (Memòries de la Secció Històrico-Arqueològica, XXXIV), Barcelona, Institut d’Estudis Catalans 1985, 79; i *Documentació barcelonina sobre el Cisma d’Occident. Catàleg de l’exposició*, Barcelona, Institut d’Estudis Catalans 1979, 53, núm. 161. L’atribució del *Super horrendo...* a Pero de Luna / Benet XIII ha estat acceptada per Dieter GIRGENSOHN, *Ein Schisma ist nicht zu beenden ohne die Zusimmung der konkurrierenden Päpste. Die juristische Argumentation Benedikts XIII. (Pedro de Luna)*, dins «Archivum Historiae Pontificiae», 27 (1989), 197-247, en concret 244, nota 26 (cf. ATCA, X (1991), 602, núm. 6748).

B. BENET XIII, *Super horrendo et funesto casu obedientiae papae subtractae in Regno Aragonum*

(Arxiu de la Catedral de Barcelona, codex 132, f. 3r-v).
[Fragment]

«Caveat ergo quidam qui, sicut a fidedignis audivi, licet a principio dixerit et Regi consuluerit quod non posset nec deberet pape obedientiam subtrahere, postea subito, quasi oppinione mutata, asseruit quod, licet ipse credat et teneat papam Benedictum esse verum papam, quousque aliud per concilium Constantiense fuerit declaratum, dixit tamen sibi non esse obediendum; et consuluit Regi sibi fore obedientiam subtrahendam. Cuius consilii fundamentum dixit esse: quod, si papa efficeretur demens, tunc catholici, quamvis ipsum pro vero papa haberent, sibi tamen non obedirent. Quare, ergo, papa Benedictus, licet verus sit papa, recusando renuntiare, ut petitur, pro unione ecclesie, peccat mortaliter, unde peior est quam demens; igitur, non est sibi obediendum. Ista assertio vel positio predicti viri, satis magne oppinionis, sic nude michi fuit relata sine allegationibus. Ideo, ipsas hic non addiciam, quas ignoro.

«Verum, circa ipsam assertionem seu positionem aliqua sunt notanda. Primo, de subita mutatione consilii, que, in paucis diebus habita, non caret scrupulo et suspicione levitatis in facto tam arduo et tandiu ante premeditato, super quo diversi diversas occasiones allegant; set quia michi certe non sunt, et in prefati viri infamiam cederent, hic eas exprimere non auderem.

«Item, est aliud notandum: quod fatetur se credere et tenere papam Benedictum fore verum papam, quousque per concilium Constantiense contrarium fuerit declaratum. Ubi quidam, qui eum neverunt, asserunt hoc ipsum dicere quia, tam de papa Clemente quam de papa Benedicto a principio scismatis citra tam scriptis quam verbis ita esse, certum et indubium affirmavit; unde nunc, ubi illa publice dixit, erubescit contrarium affirmare; sed, ut sibi recedendi a papa et unitate Ecclesie apertam relinquat ianuam, adicit: ,Quousque per concilium Constantiense oppositum fuerit declaratum’.

«O admiranda et precavenda oppinio in viro catholico, qui postquam papam Benedictum tenet et credit verum papam, per congregationem, vel, ut ipse dicit, concilium Constantiense, per intrusos vel scismaticos convocatum, approbatum vel celebratum vel celebrandum, [f. 3v] et quod per verum papam secundum se,

scilicet Benedictum, fuit reprobatum, annullatum et condemnatum, credat posse declarari non fore, ymo privari canonico titulo et deici verum papam contra doctrinam canonum, contrarium expresse determinantium: quia nec ab Augusto, nec ab omni clero, id est, a Concilio secundum *Glossam*, nec a Regibus, nec a populo, Judex omnium, scilicet papa, iudicabitur...».

* * *

A TALL DE CONCLUSIÓ

Dels documents publicats en el centre d'aquestes pàgines sembla que es pot deduir el següent:

1. La relació personal entre Benet XIII i mestre Vicent Ferrer fou, fins al dotze de novembre del 1415, la de la més estricta confiança i ‘familiaritat’, atorgada per part del papa i acceptada per part del mestre. Una familiaritat que corresponia a la que els dos personatges tingueren durant anys fins al novembre del 1399, en què mestre Vicent deixà d’ocupar un lloc a la Casa Pontifícia i es llançà a la vida apostòlica.

2. Aquesta relació d’absoluta confiança es traduïa en nous encàrrecs ‘polítics’ del papa al mestre, com el palès en el document segon, encàrrecs que caldria fer objecte d’un estudi monogràfic.

3. La ruptura definitiva entre els dos personatges es pot afirmar que el 12 de novembre del 1415 ja era un fet i que, amb la decisió del papa d’allunyar-se de Perpinyà, i la del mestre de restar-hi, la ruptura es feia pública i notòria durant la tarda d’aquell dia, després que al matí el repartiment de pa encara havia estat normal i mestre Vicent o un seu encarregat havia rebuts els setze pans diaris.

4. Quant a les raons teològiques de la ruptura, en tant que ens són conegudes pel *Super horrendo...* (la valoració i veneració personal que segueix manifestant envers mestre Vicent seria garantia de llur autenticitat), hem de constatar: *a)* que mai no compareix ni la més remota referència al capteniment dels cardenals, car, tal com crec haver demostrat en l’article esmentat al començament, no havia tingut cap modificació; no compareix, doncs, res que justifiqui l’aplicació de la ‘teoria corporativa’;

b) la justificació, per contra, és doble:

aa) la situació o capteniment personal del papa, que potser es podria interpretar d'aquesta manera: en trencar unilateralment Benet XIII les Vistes de Perpinyà i marxar-ne acomiadant-se a la francesa, hom devia comentar: «Aquest home s'ha tornat boig», o «Aquest home ha perdut el seny», o encara: «Aquest home ha comesa una autèntica bogeria», cosa que el *Super horrendo...*, tradueix per ‚demens / amens’: però, com que de boig no n’era i aquella forma d’actuar per força havia d’essser considerada greument culpable, hom en treia la conseqüència que un home actuant així s’inhabilitava a governar l’Església;

bb) l’altre aspecte és que mestre Vicent considerava el de Constança un ‚concili’ amb tota la càrrega teològica del terme, i no sols un ‚aplec / congregació’; al qual concili considerava habilitat a declarar (copsem la precisió: no a jutjar) la inhabilitat de papa Benet. I altra vegada, ací és el ‚concili’ en tant que tal i no pas cap col·legi cardenalici el que hauria fet decantar la balança teològica de mestre Vicent a favor de la necessitat de comunió amb tota l’Església.¹²

5. Segons el mateix *Super horrendo...*, no mancà algun (o alguns) predecessors de la teoria de Ramon Arnau, malfiant-se que darrera la sostracció d’obediència hi havia la negació de la legitimitat; Benet XIII se’n feu ressò, però no els seguí la corda ni donà bel·ligerància a la dita interpretació; i, per descomptat, no consta que mai ningú fes cap referència a defeccions de cardenals que, d’altra banda, entre el 1409 i el 1416, no es donaren.

6. Resta un darrer punt: des del *De moderno Ecclesiae schismate*, basat en la teoria ‚corporativa’, fins a les decisions de sostracció d’obediència, basades en l’‚eclesialitat’ del Concili de Constança no sembla haver-hi continuïtat. Per això cal plantejar-se: fins a quin punt

12. Aquest darrer extrem coincideix amb l’explicació que al seu moment donà de les opcions vicentines a Perpinyà Joan Bta. MANYÀ I ALCOVERRO, *Sant Vicents Ferrer a Casp i a Perpinyà*, Tarragona, Diputació Provincial 1962, 80 pp., en particular 59-77, explicació que, ja fa anys, vaig resumir d’aquesta manera: «Tenint en compte que Vicent Ferrer a l’acte de sostracció d’obediència reafirmava la legitimitat de ‚papa Benet’, però també l’obligació prioritària d’obeir el manament de Déu (el d’unitat de l’Església?), [Manyà] explica la seva decisió [la de mestre Vicent] pel camí tradicional de considerar perduda la jurisdicció, per part d’una autoritat, àdhuc possiblement papal, rebutjada totalment i definitiva per l’Església», *El Cisma d’Occident a Catalunya, les Illes i el País Valencià. Repertori bibliogràfic*, Barcelona, Institut d’Estudis Catalans 1979, 123, núm. 314.

les al·legacions corporativistes del *De moderno...* («Ecclesia romana est papa cum cardinalibus») eren seriosament acceptades o eren, per contra, només una forma de justificar els cardenals que cregueren invalidar així l'elecció d'Urbà VI i justificar la de Climent VII, i, doncs, era només una doctrina instrumentalitzada?

El mateix caldria dir de la teoria ‚absolutista’ dels darrers temps de Benet XIII, també formulada en el *Super horrendo...*: era una teoria que li servia i que, doncs, utilitzava dialècticament; o, de debò, n'estava ben convençut?

Com també: estava ben convençut mestre Vicent de la doctrina eclesiòlògica subjacent a l'acceptació del Concili de Constança com a tal ‚concili’?

Són preguntes que resten obertes a noves aportacions.¹³

13. Hi ha un darrer extrem que, no tocant directament el tema d'aquestes pàgines, certament hi està relacionat. La sostracció d'obediència també representà, de fet, una opció de mestre Vicent a favor de les posicions de Ferran d'Antequera i contra les de Benet XIII. Si hom recorda la traça, amb la qual uns quants anys abans, el 1411, l'aleshores infant de Castella, Fernando de Antequera, reeixí a convèncer mestre Vicent dels seus drets superiors a la corona catalano-aragonesa en les seves trobades a Ayllón o a Valladolid, hom no pot deixar d'assenyalar un tema, que certament seria digne d'ésser esbrinat: l'ascendència de Ferran d'Antequera damunt mestre Vicent Ferrer des del primer al darrer moment de llur relació; tema que podria tenir una altra formulació: com es dosificaven en mestre Vicent la influenciabilitat i el sentit crític? També aquest és un punt obert a desitjables aportacions serioses.

